



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. II. De Vicariis temporalibus, & cooperatoribus Parochorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

ione Vicarii talis perpetui) juxta gloss.
in c. super eo 6. V. annexa de prab. in 6.
nisi sit unio talis Ecclesiae facta pleno ju-
re alteri Ecclesiae , tam quoad spiritualia,
quam quoad temporalia , ita ut divisio
unius v.g. Ecclesiae , ob distantiam facta
quidem sit , subiecta tamen hæc maneat
tanquam filialis , alteri Ecclesiae , ut ma-
trici , & unus idemque sit utriusque Ec-
clesiae intitulatus Rector , quamvis alte-
ri per Vicarium temporalem deserviatur;
quo in casu cura tam habitualis quam a-
ctualis penes Rectorem principalem esse
censetur ; sicuti autem non potest Pato-
chus alium sibi similem substituere Pa-
rochum , ita nec Vicarius perpetuus ali-
um sibi similem perpetuum Vicarium ; &
sicur ille ad perpetuam residentiam ita
obligatur , ut tamen ad breve tempus ab-
esse possit , cum vel etiam sine licentia
Episcopi sui , juxta absentia rationem , &
receptam in loco consuetudinem , con-
stituto interea Vicario temporali , ita po-
test etiam Vicarius perpetuus : cuius of-
ficio non expirat per mortem principi-
palis Parochi , ita ut possit a successore
amoveri , sed praecise per mortem ipsius
Vicarii , vel per privationem ob crimen ,
aut causam , cui a jure privatio annexa
est.

§. II.

De Vicariis temporalibus , & co-
operatoribus Parochorum.

Vicarius temporalis dicitur ille , qui
legitima auctoritate persona Eccl-
esistica in locum alterius sine institutio-
ne , ad tempus constitutus , & sufficitur ,
congrua portione ei assignata , ita tamen
ut ad naturam illius , a quo constitutus est ,

vel cuius vices gerit , amoveri possit ; ad
qualem Vicariam constituendum plures
quidem de jure communi cause conce-
duntur , & approbantur , titulum tamen
propriæ , & jus in parochia , aut benefi-
cio , talis non haber , sicut habet Vicari-
us perpetuus , sed jure parochiali , & cu-
râ animarum penes rectorem principi-
alem in actu etiam manente , Vicarius
eam exercet ex commissione , & nomi-
nare rectoris principalis constituentis eum ,
ita ut Vicarii talis potestas expirat , non
tantum per mortem principalis rectoris ,
sed per revocationem etiam hujus con-
stituentis ; & cum eadem sit jurisdictione
Vicarii talis substituti cum jurisdictione
substantientis Parochi , recte dicitur , qua-
si ordinaria jurisdictionem habere , &
partem suæ jurisdictionis saltem ad unam
alteram causam delegare potest .

Alia tamen est ratio Cooperatorum ,
quos Parochi , veluti ordinarii ovium sibi
commissarum Pastores , assumere pos-
sunt , & tuam illis jurisdictionem , si sint
ab Episcopo approbati , delegare , ita ut
tales cooperatores jurisdictionem sibi
delegatam habeant , quam nec in casu
particulari subdelegare possint sine com-
missione Parochi .

S E C T I O . II.

De Vicario Jurisdictionis.

Vicarius jurisdictionis dicitur ille , qui
in foro contentioso & externo ju-
risdictionem vice aliorum exercet . Du-
plicis autem generis etiam hi Vicarii sunt ;
alii enim sunt a lege five canone consti-
tuti , quibus ordinaria jurisdictione , distin-
cta